

**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,  
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

**Busaeus, Johannes**

**Mogvntiæ, M. DCVI.**

8. De frequenta[n]da celebratione Missæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](#)

DE  
tis secu-  
castita-  
o graui-  
m gene-  
ia sacri-  
Dei vio-  
det illum  
um, &  
si sacer-  
dictus, &  
2. quia  
is suscep-  
mo scá-  
dissimis  
rum hoc  
harefib.  
elebret,  
Christū  
, Chri-  
ous con-  
id enim  
vel con-  
vel cor,  
est mar-  
oc non  
rdos au-  
MEDI-

SACRO SACERDOTIO. 529  
MEDITATIO VIII.  
*Defrequentanda celebratione*  
*Missa.*

**C**ONSIDER A, Sacerdotē ex vi sui officii & munieris accepisse onus intercedendi pro populo ad Deum, & offerendi dona, ut loquitur Apostolus, & sacrificia *Heb. 1.* pro peccatis suis & aliorum, cum & ipse circumdatus sit infirmitate; cum ergo crebrius, immo quotidie ipse cum aliis peccet, conuenit etiam ut quotidie sacrificet. 2. considera Christum in extrema cœna precepisse, ut sacrificium hoc Apostoli peragerent in sui commemorationē; cum ergo salutare sit crebrius renouare memoriam passionis salutare quoque erit crebrius sacram facere. Immō in Dominica oratione omnes fideles, docuit quotidianum panē, *Lib. 2.* nempe Eucharistiae postulare. Si autem, de ser. quotidianus est panis, i nquit B. Augustinus, in mortuorum de die in diem transfertur, cur non accipitur quotidie, qui prodest quotidie? *Cœlestis Amb.* est medicina, ait Ambrosius; debo igitur l. 4. de semper accipere, qui semper pecco, & medici- na indigo. 6.

Considera exempla Sanctorum, nam 2.  
L 1           quoti-

530 MEDITATIONES DE

quotidie se immolare immaculatum hu-  
agnum cōfessi sunt. S. Andreas Āpostolus,  
S. Ignatius, S. Cyprianus, S. Ambroſius, S.

*hom.* Chryſostomus, S. Augustinus AcS. Grego-

rius refert in S. Cassio Narniensi Episc.

38. pomorem quotidie celebranti diuinatus

*Euan.* approbatum his verbis. *Age quod agis, non*

*Orat.* *cesset pes tuus, non cesset manus tua.* Hippo-

*de con-* lytus martyr, ait in die iudicij iudicem, *Ve-*

*sum* *nire benedicti, dicturum sacerdotibus, qui*

*quotidie pretiosum corpus & sanguinem*

*immolarint Siricius & Innocentius I. Pon-*

*tifices hac ratione suadent perpetuam cō-*

*tinentiam sacerdotibus seruandā, eo quod*

*quotidie Deo sacrificia offerant. Primi de-*

*Act. 2* *nique Christiani, ut est in Actis Apostol.*

*quotidie prēseuerarunt infractione panis*

*quod aliquor seculis obseruatū est in mul-*

*tis locis: erant ergo qui frangerent quo-*

*tidie.*

3. Considera, quāto fructus spirituali pri-  
uet Ecclesiam sacerdos, si negligat cre-  
brius, dum potest, celebrare. Sacerdos, in-  
quit Venerabilis Beda, non legitime impe-  
ditus celebrare omittens, quantum in eo est,  
priuat sanctam Trinitatem laude & gloria,  
angelos latitia, peccatores venia, iustos subfi-  
dio & gratia, in purgatorio existentes refrig-

erit.

DE  
m hūc  
ostolus.  
ofius, S.  
Grego-  
Episco-  
uinitus  
gis, non  
Hippo-  
em, Ve-  
us, qui  
guinem  
s. Pon-  
am cō-  
o quod  
imi de-  
postol.  
e panis  
inmul-  
t quo-  
ali pri-  
at cre-  
dos, in-  
e impe-  
eo et,  
gloria,  
s subfi-  
refrige-  
rius

SACRO SACERDOTIO. 531  
rio, Ecclesiam spirituali Christi beneficio. & supsum medicina & remedio. & expendat, quanto fructu spirituali priuet se, Qui enim saep celebret, saep examinare conscientiam solet, de peccatis dolere, eadem confiteri, propositū melioris vitæ facere, satisfactionem peragere, summo religiosis culta per preces & sacrificia Deum affectare, mentem in Deum eleuare, populū ad rem diuinam audiēdam allicere, vitam tali officio conuenientem instituere, & omnes homines suo exemplo ædificare ac denique maiorem apud Deum gratiam, & ampliorum tot bonorum operum mercenari promiceret.

GREGORIVS XIII. PON-  
tifex concessit cuilibet Sacerdoti di-  
senti ante celebrationē Missæ, qua  
sequuntur, 50, annorum indulgētiā.

Ego volo celebrare Missā, & confidere cor-  
pus & sanguinem Domini nostri I E S U  
CHRISTI iuxta ritum S. Romanae Eccle-  
sie ad laudem omnipotentis Dei, totiusq[ue] curia  
triumphantis, ad utilitatem meam, totiusq[ue]  
curia militantis, pro omnibus qui se commen-

Ll 2

dans